Servitio militari ad munimenta ad Exactorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem illam proximas terminis 867

officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo Nullasque motiones appellationes et earum protestationes faciendo Ac praemissa omnia primis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione. Terresti bello conventioneque et alijs quibusvis iuris remedijs et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Wlodek Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Generosus Nicolaus Wlodek sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisditioni quo ad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosa Helisabetha Wysocianska olim Generosi Lucae Wysocianski cum Generosa olim Catherina Seliwowska procreata filia sui vero recognoscentis consortis legitima et illius posteris summam mille Quingentorum floren. polon. pecuniae monetae et numeri polon. ratione vero dotis et expeditionis post ipsam accepta et in bona sua importata Nec non aliam similem summam mille Quingentorum floren. polon. ratione certi veri et iusti dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumque quarumvis pecuniariarum nunc habitarum et in post habendarum Nec non auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum Equorum Equiriarum pecorum pecudum atque totius supellectilis domesticae quovis nomine vocetur nunc et in post haben. dedit donavit dotalitavit inscripsit et reformavit prout quidem dat dotalitavit inscribit et reformat praesentibus Quam quidem medietatem omnium bonorum suorum haereditariorum obligatoriorum mobilium immobilium cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis dictae medietatis utilitatibus fructibus proventibus redditibus usibus emolumentis omnimodis attinentijsque et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis spectantibus

Consortis Suae tenebit habebit et possidebit illisq[ue] utetur fruetur iure ac more aliarum Reformationum antiquitus in Regno Poloniae fieri solitarum.

0608

# Maleczynski Zbrozkowi Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premislien[sibus] Generosus Joannes Maleczynski de Maleczyn suo Actum ac in se Actis Castren[sibus] Capitan[ealibus] Leopolien[sibus] forum habens sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo Praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premislien[si] Jurisdictioni quo ad actum praesentem attrahit se cum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie inscri[bendo?] [illegible] porando atq[ue] subiiciendo palam libere publice ac per expressam recognovit Sua sponte de Summa Trium millium floren[orum] pecuniae polon[icalis] ex Summa originali Septem millium floren[orum] pecuniae polon[icalis] provenienti originaliter per olim Generosum Georgium Madracki haeredem in Kawsko Generosae Annae de Smolowsko Consortis suae modo Reformationis in vim dotis coram Actis Castren[sibus] Leopolien[sibus] inscripta et recognita de manibusq[ue] olim Magnifici Alberti Alexandri in Przedworowo Przeworowski tunc Lubaczovien[sis] postmodum vero Brzesciensis Castellani Avunculi germani eiusdem Generosae Madrackae per eundemq[ue] olim Generosum Georgium Madracki eadem Summa trium millium floren[orum] polon[icalium] recepta Generosae [illegible] cuius gratia et amore eiusdem olim Magnifici avunculi ipsius ipsi [illegible] na Sad collata postmodum vero per memoratam Generosam Annam de Smolowsko primi nuptus suprascripti olim Generosi Georgii Madracki secundi vero Generosi Philippi Zbrozek consortem legitimam cum assistentia ipsius sui mariti sibi recognoscenti coram Actis Castren[sibus] Capitan[ealibus] Leopolien[sibus] feria quinta post Dominicam Pauli anno praesenti cessa et transfusa inscriptioni bus eisdem originali Reformationi et subsequenti cessioni de praemissis lateribus tum et de inscriptione ipsa Reformationis quo ad Summam praefatam Trium millium floren[orum] polon[icalium] tantum spectat "Summa" restanti Quatuor millium floren[orum] polon[icalium] per eundem olim Generosum Georgium Madracki eidem Generosae Annae Consorti illius ex amore coniugali inscripta ac inscriptione eadem

\# Madracka

quo ad Quatuor